

Les sources manuscrites de la théorie de la musique  
(S. IX-XVI)

---

Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana (*I-Vnm*)

Lat. Cl. VIII.85 (3579), f. 71v

Transcription : Christian Meyer  
(janvier 2004 – rév. nov. 2017)

Regule contrapuncti

<sup>1</sup> Sciendum est quod novem sunt species contrapuncti vicelicet unisonus, 3<sup>a</sup>, 5<sup>a</sup>, 6<sup>a</sup>, 8<sup>a</sup>, 10<sup>a</sup>, 12<sup>a</sup>, 13<sup>a</sup> et quintadecima. Quarum quinque sunt consonantie et quatuor dissonantie. Dissonantie sunt iste videlicet 3<sup>a</sup>, 6<sup>a</sup>, X<sup>a</sup> et XIII<sup>a</sup>.

<sup>2</sup> Item sciendum est quod debemus incipere et finire per consonanciam. Penultima vero debet esse dissonancia.

<sup>3</sup> Item sciendum est quod non possumus facere duas similes consonancias una post aliam sequentes sed bene possumus facere duas vel tres dissonantias ascendendo vel descendendo cum tenore.

<sup>4</sup> Item sciendum est quod si tenor descendit, unisonus requirit tertiam, tertia requirit sextam. VI<sup>a</sup> requirit octavam et VIII<sup>a</sup> X<sup>mam</sup>. X<sup>a</sup> requirit duodecimam. XII<sup>a</sup> requirit XIII<sup>am</sup>, XIII<sup>a</sup> quintadecimam. Et e converso si tenor ascendit, XV<sup>a</sup> requirit XII<sup>am</sup> et XII<sup>a</sup> X<sup>am</sup> et X<sup>a</sup> <...>.

<sup>5</sup> Nota quod sexta nunquam datur sine octava, unde debet fieri post sextam octavam, si tenor descendit per ymum, et post octavam sextam, si tenor ascendit in altum.

<sup>6</sup> Et ista est regula generalis : quando tenor ascendit, contrapunctus debet descendere, et <sup>+</sup>pro ita per<sup>+</sup> e converso.

---

5 debet fieri] ... per *cod.*

<sup>7</sup>Item sciendum quod primus modus contrapuncti dicitur modus octave et incepit in ·G· gravi et cantatur ·b· quadrum, de quo habemus <sup>7a</sup> supra ·G· ut sol XII<sup>mam</sup>, mi X<sup>mam</sup>, ut octavam, super ·A· re la, fa, re, ·b· mi sol, mi, ut, ·C· faut la, fa, re, ut, ·D· solre sol, mi, re, <...> ·F· faut sol, fa, re, ·G· solreut la, sol, mi, ut, ·a· lamire la, fa, re, ·b· fa·b· mi sol, mi, ut, ·c· solfaut la, fa, re, ·d· lasolre sol, mi, ut, <super> ·e· lami la, fa, re, ut.

<sup>8</sup>Sciendum est quod secundus modus contrapuncti dicitur modus duodecime et incipit in ·c· acuto de quo habemus sub ·C· faut, ut infra : <sup>8a</sup> <super> ·C· faut sol, mi, ut, ·D· solre la, fa, <re>, ·E· lami sol, mi, ut, ·F· faut la, fa, re, ut, ·G· solreut sol, mi, re, ·a· lamire la, fa, mi, ut, ·b· fa·b· mi sol, fa, re, ·c· solfaut la, sol, mi, ut, ·d· lasolre la, fa, re, ·e· lami sol, mi, ut, ·f· faut la, fa, re, ·g· solreut sol, mi, ut, ·a· lamire la, fa, re, ut, [·g· solreut la, sol, mi, ut, ·a· lamire la, fa, re, ·b· fa·b· mi sol, mi, ut, ·c· solfaut la, fa, re.]

---

7b cf. PHIL. CAS. contr. I (ed. p. 238)

8a cf. PHIL. CAS. contr. I (ed. p. 239)

---

8 modus contrapuncti dicitur modus duodecime et] contrapunctus *cod.*